



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LVIII. An promiſſio baptismatis sit votum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

voti soluendi Morale est; ideo non anti-quatum.

A D II. Obstringit in rebus præceptis; non in arbitrariis quæ sunt Consilii Euangelici. Ita patri se obstringere filius potest in rebus sui iuris.

A D III. Si Christus libera vita genera esse voluit, cur multi se matrimonio vinculant? Dein; Negat Martyr quicquam esse adiaphorum & liberum, sed præcepta omnia. Libertas autem Euangelica est à peccato, non à lege. Rom. 6. *Liberati à peccato, servi facti estis iustitiae.*

A D IV. Non pugnat gratitudo serui, facientis sibi necessarium, cum benignitate Dei relinquens quid liberum.

Q VÆSTI O LVIII.

*An promissio Baptismalis sit
Votum?*

VUTHERVS & CALVINVS consentiunt in tria. 1. Vota ad D.i cultum fieri solum posse de rebus præceptis. Ideoq; commane votum esse, factam in Baptismo promissionem. 2. Posse voveri ad negotia vitae expeditius peragenda, vitandaque peccata. 3. Vota monastica esse impia ac solueda: quod sicut opinione cultus diuini, & de rebus non præceptis.

SVADENT de voto Baptismi. 1. Quia Christiani graviter peccant, & puniuntur, legem non servant s, quam infideles: igitur obligati nem habent, quam non hi. 2. Augustinus in Psal. 75. *Quid debemus vovere?* Credere, sperare, bene vivere secundum communem modum &c.

AVTOR. Promissio in Baptismo non est propriæ votum. 1. Quia vota esse voluntaria debent: Deut. 23. *Si voveris pollicerti, absque peccato eris.* Si vo-

ueris; non tardabis reddere: At promissio baptismalis est necessaria: cùm ad eum obligemur omnes. 2. Quia alia vota, quæ pro infantibus edunt parentes, non sunt rata si adulti nolint: at in Baptismo facta pro iis promissio sic eos obligat, vt cogi possint inuiti, ceu mēbra Ecclesiæ. 3. Si promissio baptismalis esset votum, peccata Christianorum essent duplicita, vt contra Legem, & contra votum; essentque sacrilegia, nec minus peccarent, quam religiosi.

DICO **A D I.** Grauius peccant Christiani ob ingratitudinem; non ob aliam obligationem.

A D II. Augustinus ibi votum accipit largo modo, quo votum propriè datum, & etiam omnem promissionem comprehendit.

Q VÆSTI O LIX.

An Paupertas voluntaria, & Obedientia rectè voveantur Deo?

VUTHERO-CALVINISTÆ negant. **S**VADET Brentius in Confessione Wittenbergica cap. de votis: Vouens paupertatem, 1. Si sit pauper, nil habet quod vovere possit; Ut si in morbo quis voveret se ægrotaturum. 2. Si diues; aut voveret daturum se in commune; & hoc est fugere paupertatem: 3. Aut daturum omnia pauperibus spe meriti; & hoc est contra fidem; quia Christus omnia nobis meruit.

AVTOR. 1. Voluntariæ paupertatis Votum sanctum est: 1. Euangelio teste: Vide in Antichristo p. 2 q. 26. 2. Quia, Act. 4. Credentium cor unum & anima una: Nec quisquam eorum, que possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Idque ex voto facto. Ec 3 teste

